



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Casvum Conscientiæ

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque
Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Sayer, Gregory

Venetiis, 1627

xij. De irregularitatibus ex aliquo defectu animae prouenientibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13883

& etiam bona fide illum ſuſcepit, putās id ſibi licere, alioquin nec miniſtraturus in illo ordine, nec ordinem illum ſuſcepturus, qui id colligunt ex d. Extrauag. *Cum ex ſacro- rum ordinum*, vbi ponitur verbum *Præſumpſerint*, & ſa- crator quæ tradunt gloſ. in cap. ſolet, in verbo, in officijs, de ſenten. excommuni. lib. 6. & Cardin. in Clemen. 1. de priuileg. que. 38. & 39. Immo addit Nauar. in d. cap. accepta. oppoſ. 8. nu. 35. quod qui temerariè ſuſcepit ordinem ſed bona fide, facta penitentiā illius malè ſuſceptionis putans iam id ſibi licere, in eo miniſtrauit, ab irregularitate excuſatur, quia pena hæc irregularitatis ſolum imponitur ei, qui præſumpſit miniſtrare, quamuis enim in pena ſuſpenſionis, quæ imponitur ob inordinatam ſuſceptionem, non ponderetur præſumptio, in imponenda tamè irregularitate ponderatur præſumptio, & quia vt ait Pan. in ca. paſtoralis, 5. verum, de appell. irregularitas eſt pena contemptus, ideoque qui celebrat neſciens ſe excommunicatum eſſe, non eſt irregularis: & Domin. in cap. is cui, 5. 1. de ſen. excommuni. lib. 6. docet irregularitatem non contrahi ſine dolo. Et Maiol. vbi ſupra, notat, quod hodie virtute C. inc. Trid. ſeſſ. 24. de Reform. c. 6. ſi fuerit occulta talis irregularitas ab ipſo Epifcopo qui non fuerit ſciēter particeps eiufdem culpe, diſpenſari poſſit, & refert Catech. Neap. lib. 4. cap. 12.

9 *Dubium ſecundum eſt*, An ſi quis ante legitimam ætatem ordines Minores ſuſcipiat, & in eis miniſtret, ſit ipſo iure ſuſpenſus, & nouam irregularitatem incurrat? *Reſpondeo* iure antiquo nec ſuſpenſum eſſe, nec irregularitatem nouam incurtere, Ratio eſt; quia in cap. vel non eſt compos, de temp. ordin. non fit mentio de ordinibus minoribus: Non eſt autem diſcedendum a iure antiquo, niſi quatenus illi per nouum ius derogatur, argum. l. præcipimus, C. de appellat. Bulla verò Pij 11. ſolum loquitur de ordinibus ſacris ante legitimam ætatem ſuſceptis, ex Nauar. in Manual. cap. 25. nu. 70. & Tomo 1. conſil. 19. numero 5. & conſil. 25. nu. 4. & conſil. 48. nu. 1. Erit tamen peccatum mortale conſerre, aut ſuſcipere ordines minores ante legitimam ætatem, quia ſit contra prohibitionem Eccleſiæ, vnde conſequent eſt, quod ſi quis ordines minores ſuſcipiat ante legitimam ætatem, eſt in eo irregularitas hæc per elapſum temporis completa ætate. Dixi, iure antiquo, quia hodie per Bullam Sixti V. incip. *Sanctum*, & *ſaluare*, contrarium dicendum eſt, quam Conſtitutionem tenuimus ſupra lib. 4. c. 12. que tamen per aliam poſtteriorem Clementis VIII. Conſtitutionem, quam in fine libri 4. poſuimus, quoad hanc partem reuocata eſt, & ideo nunc iure antiquo, vt prius, ſtandum eſt.

10 *Dubium tertium eſt*, An ſuſcipiens primam tonſuram ante legitimam ætatem, peccet mortaliter? *Reſpondeo* Qui ſuſcipit, non peccat mortaliter, quia cum ad primam tonſuram legitima ætas ſit ſeptennium completum, ante quod tempus puer raro vltim rationis habet, conſequent in eo non erit peccatum mortale. Qui verò talem ſcienter ordinat, a peccato mortali non excuſatur, facit enim contra Eccleſiæ prohibitionem, cap. vlt. de tempor. ordin. lib. 6. Quod ſi dicas, primam tonſuram non eſſe ordinem impimentem characterem, vel gratiam conferentem, & proinde nõ erit peccatum mortale. eam ante ſeptennium conſerre: *Reſpondeatur*, parũ referre quod non ſit ordo: ſatis enim eſt, quod ſit prohibitio Eccleſiæ, ne quis infanti ante ſeptennium tonſuram primam conferat, quam qui violat, mortaliter peccat.

11 *Dubium Quartum eſt*, An ſi quis ante legitimam ætatem ordinetur Sacerdos, eo ipſo nouam irregularitatem incurrat, quod cum Epifcopo conſecratur, & ſit ſuſpenſus. In qua difficultate quicquid Nau. tom. 2. conſil. de Cleric. excommuniſt. conſil. 4. & Capuccinus in annot. ſuper verbo, Ordines ſacri, affirmatiuam partem teneant; Nos tamen partem negatiuam cum alijs veriorem eſſe putamus, prout latius in lib. de ſuſpenſione, c. 16. §. Quintum, demonſtratum eſt.

12 *Dubium Quintum eſt*, A quo, & quo modo tollatur irregularitas hæc ex defectu ætatis proueniens? *Reſpondeatur* tolli dupliciter. Primò per diſpenſationem; Secundo per lapſum temporis, ſcilicet, cum peruenerit quis ad legitimam

ætatem: tollebatur enim olim irregularitas hæc ipſo temporis lapſu ante Bullam Pij II. quia cum ordinatus ante legitimam ætatem non eſſet ipſo iure ſuſpenſus, conſequenter abſque vlla alia abſolutione debebat eſſe irregulariter per temporis elapſum. Nunc verò poſt editam Bullam Pij Secundi ordinatus ordine ſacri ante legitimam ætatem, quia eſt ipſo iure ſuſpenſus, abſoluti prius debet a ſuſpenſione per eum, qui poſſit eam tollere, & ſublata ſemel ſuſpenſione, & temporis ætate completa ceſſat irregularitas, dum modo ante legitimam ætatem non exercuerit actum ipſius ordinis ſacri proprium, ex Gregor. de Valletia tom. 4. Diſputation. 19. puncto 3. §. ſecundo, & alijs in ſta citandis. Si enim actum aliquem talem exercuerit, cũ nouam irregularitatem incurrit, non ſolum abſoluti debet a ſuſpenſione, ſed etiam poſt completam ætatem indiget diſpenſatione Papæ, ad hoc, vt vel ad ordinem ſuperiorem aſcendere, vel in ordine ſuſcepto miniſtrare poſſit. Et poſt Bullam Sixti V. que incip. *Sanctum* & *ſaluare*, idem dicendum eſt de ordine, Minore quod de maiore, in hoc caſu.

13 *Addi* quando per diſpenſationem tollitur, eam a Papa faciendam eſſe, ſiquidem in hac irregularitatis ſpecie ſolus Papa diſpenſat: ideo, vt Epifcopus nec diſpenſare poſſit, nec quis ante ætatem legitimam ordinetur, nec vt actus ordinum ſuſceptorum exerceat, prout communis DD. opinio tradit, Sic gloſ. in Clem. Generalem, in verbo, Anno, de etat. & qual. Sylueſt. verbo, etat. queſt. 1. verſic. Tertium. Martin. Ledefm. 2. 4. qu. 26. art. 2. in tract. de irreg. Nau. in Manu. cap. 27. num. 102. Simon Maiol. lib. 1. c. 30. nu. 10. Capuccinus in annot. comp. priuileg. Mediant in verbo, ordines ſacri. Toletus lib. 1. cap. 25. & Henriquez lib. 1. 4. c. 8. §. 5. quamvis cap. 20. §. 5. inſinuat videtur Epifcopum diſpenſare poſſe impleta ætate, ſed intelligi debet quando non exercuerit actum ordinis ſacri ſuſcepti: quamuis vt diximus ſublata tunc ſuſpenſione, nõ opus eſt alia diſpenſatione ab irregularitate, ſed ceſſat irregularitas abſque alia declaratione, iuxta ex que tradit gloſ. in c. cum medicinalis, in verbo, Per menſem, de ſenten. excommuni. lib. 6. & tradit Capuccinus vbi ſupra. Sed

14 neque Prelatus cum ſuis Religioſis ſic ante ætatem legitimam ordinatis diſpenſare poteſt virtute priuilegiorum ſuorum, quibus per Concilium Trident. ſeſſ. 23. de Refor. c. 12. derogatum eſt, ex Nauar. in Man. c. 27. num. 202. verſic. Duodecimo, & Capuccino, & Gregorio de Valentia vbi ſupra. Nec refert quod Pius V. Bullam edidit, in qua ſtatuit, vt Regulares vi poſſint facultatibus ſibi conceſſis etiam in ijs, quibus eſt derogatum per Concilium Trident. etiam Bullam hanc Gregorius XIII. per aliam Bullam contrariam abrogauit, in qua ſtatuit, vt decreta Trident. Concilij obſeruentur etiam in ijs, que ad Regulares pertinent, quam Bullam ponit Nauar. in Manuali ad ſinem. Vnde, nec Regulares modo ante legitimam ætatem ordinari poſſunt, & ſi ordinentur, per ſolum Papam a ſuſpenſione incurſa abſoluti poſſunt. Nec denique per Bullam Cretatam nec per alia Iubileæ datur facultas ab hac irregularitate abſolucendi, ſeu potius in ea diſpenſandi, ex Nauar. in Man. c. 27. nu. 254. verſic. Decimo dico, & Tomo 1. Conſil. 35. nu. 2. de temp. ordin. & Capuccino vbi ſupra.

De Irregularitatibus ex aliquo defectu animæ proueniētibz.

Cap. XIII.

S Y M M A R I V M.

- 1 *Amōres per peccatū iure Canonico non tam irregulares ſunt iure naturali impediti, & quare.*
- 2 *Animæ habituum bonorum, & malorum, virtutum, & vitiorum ſuſceptiua eſt.*

3 *Amor*

- 1 Amentes perpetuo, si baptizati sint, licet tam iure naturali, quam Divino ordinari non debeant, si tamen ordinentur, characterem recipiunt.
- 2 Illiterata, & scientiæ defectus, quomodo probari possit.
- 3 Illiterati quinam iure Canonico censendi sint.
- 4 Scientiæ, quæ, & quanta ad singulos ordines exercendos requiratur.
- 5 Scientiæ quæ, & quanta ad Episcopatum, tam iure antiquo quam nouo necessaria sit.
- 6 Literaturæ defectus per Concil. Trident. in singulis ordinibus assignatus, an irregularem faciat.
- 7 Papa in defectu literaturæ an, & qualiter dispensare possit.
- 8 Neophyti iure Canonico irregulares sunt, & quanam huius irregularitatis constitutio ratio sit.
- 9 Neophytus quisnam proprie dicendus sit.
- 10 Episcopus cum filio infidelis, in infantia baptizato, ad ordines sacros, & beneficia dispensare potest.

Tertia Irregularitatis species in ordine ea est, quæ ex aliquo defectu animæ procedit, in qua specie Nauar. in Manual. cap. 27. nume. 205. enumerat amentes, & non baptizatos, hereticos fautores hereticorum, receptores, aut credentes hereticis, & apostatas a fide, & fauer Henricus lib. 1. 4. de Irregul. cap. 8. §. 1. Sed dicendum est, perpetuo amentes non esse iure Canonico irregulares, sed impeditos iure naturali, quia cum vsum rationis non habeant, actus ordinum exercere non possunt, & ita humana auctoritate ad ordines dispensari non possunt, quando carentes perpetuo vsum liberi arbitrij, in capaces ordinis sunt ex Soto 4. distin. 25. question. 1. articulo. 2. in princip. Item, non baptizati non sunt iure Canonico irregulares, sed iure Divino excommunicati ab ordinibus, quia cum characterem baptismi non habeant, characterem aliquem ordinis suscipere non possunt. Heretici autem non collocantur in hoc genere irregularitatis, de quo in præsentiarum loquimur, sed in eo in quo agitur de irregularitate, quæ ex aliquo defectu animæ absque delicto contrahitur.

Quæ vero anima susceptiva est habitum bonorum, sua ratione, virtutum, & virtutum, 1. Ethic. vltim. & 6. Eth. 7. & S. Thom. 1. 2. question. 51. & sacri Canonès in ordinandis requirunt habitum fidei, & scientiæ, & alios multos, ex quorum habitu defectibus inveniuntur diuersæ irregularitates, de his animæ defectibus qui irregularitatem causant, post prædictos corporis defectus agendum est; Quæ omnes irregularitates ex defectu animæ absque delicto provenientes, ad duo capita reduci possunt. Aliqui enim dicuntur irregulares ob defectum literaturæ, & illiteratos, distin. 36. & cap. 1. de temp. ordin. lib. 6. Alij dicuntur irregulares, quia Neophyti, id est, recenter ad fidem conuersi per baptismum receptum, quasi recenter Christo, & Ecclesiæ insiti, capi. 1. & 2. dist. 48. & capi. Neophytus, distin. 61. Antequam vero de his agamus, solvenda est difficultas circa amentes.

Dubium igitur sit, An perpetuo amentes, si ordinentur, characterem recipiant. In qua re Simon Maiol. lib. 2. capi. 13. numero. 1. ait non recipere, & citat S. Thom. 4. distin. 25. articulo. 1. qui idem est cum q. 39. art. 2. addit. 3. part. & Tabienam in verbis ordos. 4. in principio qui tamen nihil tale dicunt. Vnde dicendum est, cum Soto 4. distin. 25. q. 1. articulo. 2. in princip. & ante finem. versic. Contra hanc. & Toledo lib. 1. capi. 15. perpetuo amentes si baptizati sint, esse capaces characteris ordinis, licet iure naturali, & diuino ordinari non debeant, ad characterem. n. ordinis recipiendum non requiratur vltus rationis, vt S. Thom. vbi supra, & communis opinio Theologorum; in 4. distin. 25. vbi Rich. artic. 4. qu. 2. docet. Quia sicut perpetuo amentes baptizari possunt, & baptizati capaces sunt characteris confirmatiōnis, ita sicut baptizati capaces sunt characteris ordinis, & solum incapaces sunt iure naturali, & diuino quantum ad vltim. Qui vero aliquando in infanti fuerunt, & postea respiciunt, quia facile in eandem insaniam re incidere,

possunt, non sunt statim promouendi. Quantum tamen tempus expectandum sit, Episcopus arbitrari debet; sicut etiam qui post ordinationem in amentiam incidit, administrare non potest; antequam Episcopi accedat iudicium, de recuperamento; argumen. capit. communiter 3. distin. 3. & Archid. ibid. Rotella, & Alberic. in verbo, vltimus. S. Anton. 3. part. tit. 29. de irreg. c. 5. Simon Maiol. h. 2. c. 13. num. 5.

Quoad irregularitatem autem ex defectu scientiæ multa de literaturâ cuique ordini necessaria in sacris Canonibus, & Concilijs, maxime autem in Concilio Tridentino reperitur, vt distin. 36. 37. 38. per totam distinctionem, & 16. question. 1. capit. Sic vide, & capit. fin. de erat. & qual. vbi Panorm. numero. 2. docet praxim probandi illiteraturam, & scientiæ defectum, scilicet si probeatur aliquem nunquã legisse libros scientiæ, nec vnuquam intrasse Scholas, vel Doctorem, & magistrum auduisse, & cap. fina. de temp. ordin. lib. 6. Trident. sess. 23. de reform. capit. 4. §. 1. 13. & 14. Hostiens. in Summa lib. 1. titu. de temp. ord. §. Et cui numero 18. versic. Quarta Regola, Summa Astens. part. 2. lib. 6. titu. 9. Specul. in titu. de dispensat. §. iuxta versicul. Et scias S. Anton. 3. part. titu. 1. capit. 3. §. Quantum ad quartum Nauar. in capit. Si quando, de Rescript. Excep. 13. Maiol. lib. 1. capit. 32. Syluest. verb. Clericus, 2. §. 1. & verbo, ordo, 4. question. 2. & Alphon. Viual. tract. de irregul. num. 90. & Summitis. Quæ tamen irregularitas vt melius explicetur, dubia quedam circa eã breuiter sunt proponenda.

Dubium primum est, Quid in iure Canonico intelligatur per illiteratos, qui dicuntur esse irregulares, Respondet Nauar. in Manual. capit. 27. numero 205. & in capit. Si quando, de Rescript. except. 13. quod ante Concilium Tridentinum communis opinio DD. erat, eum dici illiteratum, qui nescit Latine legere, scribere, & constituere, refert Hugot. & Archid. Domin. Tutrecrem. Ioan. Andr. Panorm. Felin. Cardin. Innoc. & alios. Nunc vero post Trident. sess. 23. de Reform. capit. 4. irregularis est, etiam ad primam tonsuram, qui nescit legere & scribere, & ad quatuor minores, qui solum linguam Latinam non intelligit, & ideo illiteratus dicitur in iure, qui non nouit linguam Latinam arte, vel vfu; quia qui nescit Latine legere, & scribere, aut linguam Latinam non intelligit, nescit literas, in quibus omnia Ecclesiastica, & Diuina officia conscripta sunt, ad quæ officia faciendâ Clerici ordinantur vnde non sufficit vt literaturam competentem dicatur quis habere, quod sciat legere, & scribere lingua vulgari, nisi etiam sciat Latine legere, scribere, & intelligere, vt recte notant Rebuff. in lib. de pacifi. possessor. Nauar. in d. c. 6. quando.

Dicendum igitur est, quod siue ante, siue post Concil. Tridentinum illiteratus, qui ob defectum literaturæ irregularis dicitur, is est qui Latine legere, & scribere nescit, aut qui linguam Latinam arte, vel vfu non dicit, quoniam qui sic ignarus est, dicitur esse absque literis, vt colligi potest ex capitulo. fina. de erat. & qual. ordin. & capit. fin. de temp. ordin. lib. 6. & hæc literaturâ sufficit, vt quis irregularis non sit ob defectum literaturæ in iure requisitæ, literaturâ vetò quâ Trident. ad singulos ordines requirit, est literaturâ quæ iure naturali requiritur, vt quisque sciat bene ea, quæ ad suum officium pertinent, vt illud recte, & debito modo facere, & exercere queat, vt recte Alphon. Viual. tract. de irreg. num. 93. post alios annotauit.

Dubium secundum est, Quæ, & quanta scientiâ, & literaturâ requiratur ad singulos ordines exercendos? Respondet cum Soto, 4. d. 25. q. 1. art. 4. Conclus. 3. Nau. in cap. Si quando, de Rescript. except. 13. num. 4. Maiol. lib. 1. cap. 32. num. 3. & Henriquez lib. 14. c. 8. §. 11. Hoc iudicandum esse ex diuersa ratione ordinis, Dignitatis, & oneris suscepti: minor enim, aut maior scientiâ requiritur pro ratione minoris, aut maioris ordinis, in vnoquoque enim ea est necessaria, quæ requiritur, vt officij & actus ordinis illius recte exerceat. Quæ res licet olim non ita facili explicata erat, hodie tamen ex Concil. Trident. sess. 23. de Reform. per singulos ordines, magis explicate definitum est. Nam ad primam tonsuram requiritur, vt confirmatus sit, &

fectu
ver
um, &
ntes



fidei rudimenta, & legere, & scribere sciat, vt ca. 4. habeatur. Ad Minores vero ordines vsque ad Acolythatum, vltra predicta, & testimonium de literatura, ac moribus per parochum, & Scholam magistrum, capit. 5. requiritur, vt saltem linguam Latinam intelligant. Pro maioribus vero sacris, & Subdiaconatu videlicet, & Diaconatu requiritur vt probe in minoribus versati sint, & bonum testimonium habeant, ac & literis, & ijs, quae ad ordinem exercendum pertinent, instructi sint capit. 13. Ad presbiteratum autem aliquanta scripturae intelligentia exigitur. Sunt, n. duae presbiteri functiones, vna praecipua supra corpus Christi verum; altera Secundaria supra corpus Christi mysticum. Prima conuenit in vniuersum omnibus Sacerdotibus; Secunda vero non nisi parochis. Igitur quando quis ad solam priorum actum ordinatur presbiter, vt vsu venit inter Religiosos, qui animarum curam non habet, & qui non docentis, sed plangentis potius officium habent, 7. question. 1. cap. Hoc nequam legere, & 16. quaest. 1. c. Monachus non docentis non videtur alia scientia necessaria, quam vt mysterium Sacramenti, quod percipere, & tractare debet, intelligat, in cuius rei scientia, & intelligentia, diligentior per Episcopum in ordinibus suscipiendis examinandi sunt, ex Concil. Trident. sess. 23. de Reform. capit. 12. Qui vero in parochum, & pastorem ordinatur, ea scire debet, quae plebi cognita sunt necessaria ad salutem, & ad Sacramenta ministranda, ex capit. 14. vt scilicet docere sciant subditos suos fidei articulos, & Decalogum, & peccata ordinaria, quae ei per confessionem deteguntur, & vt poenitentibus salutaria consilia praestare valeant. Etenim vt Malach. 2. dicitur, debet *papulus de ore Sacerdotis legem requirere*. Ad Episcopatum vero requirebatur olim, vt vtrumque testamentum locuti sunt sacram scripturam, & suos edocere, & alienos confutare posset, cap. omnes, distin. 38. & facit 1. Petri 3. Hodie vero ex Concil. Trident. sess. 22. de Reform. capit. 2. requiritur, vt sit in aliqua vniuersitate studiorum Magister, vel Doctor, aut Licentiatum in sacra Theologia, vel in iure Canonico, vel quod publico alicuius Academiae testimonio idoneus ad alios docendos probatus sit; Quod si Regularis fuerit, a superioribus suae Religionis similem fidem habeat.

8. Dubium tertium est. An defectus literaturae, quam in singulis ordinibus constituit Concil. Trident. sess. 23. vbi supra, faciat irregularem, ita vt nec ordinari, nec in susceptis ministrare possit? Nauar. in Manual. cap. 27. nu. 205. affirmare videtur, Nihilominus tamen negatiua pars verior esse videtur, vt docet Henriquez lib. 1. c. 8. §. 11. in annot. littera A. in qua re haec mihi dicenda videntur.

Primum est. Qui sine praedicta scientia ordines suscipit, mortaliter peccat, quia in re graui inobediens est praecceptis Ecclesiae sicut etiam peccat, qui tales ordinat.

Secundum est. Qui absque scientia haec ordines suscipit, Sacramenti characterem recipit; quia scientia, de Sacramenti essentia non est Hostiens. in Summa lib. 1. tit. de tempor. ordin. §. Et qui, nu. 18. in Regula 4. versicul. sed nunquid. Summa Astenf. part. 2. lib. 6. tit. 9. question. vltim. Maiol. lib. 1. cap. 12. num. 11. Alberic. in verb. ordo. 3. paulo ante finem Innoc. & Ioan. And. in cap. eum in cunctis, de elect. Diaz in Pract. Crim. Can. c. 18.

Tertium est. Defectus omnis scientiae, quam Concilium requirit, irregularitatem non inducit; Quia Conc. solum dicit, quod ij, qui promouendi sunt ad hos, vel illos ordines, hoc, vel illud sciant, non tamen addit, si secus fiat, eos esse irregulares. Item Concilium ait, vt qui primam tonsuram suscipit, rudimenta fidei sciat, & tamen dicendum non est, eum esse irregularem, si nesciens fidei rudimenta ordinetur. Et denique quia idem Concilium, & Canones antiqui requirunt in Episcopis, & presbiteris multam scientiam, & tamen dicendum non est irregulares eos esse, si absque illa, quam Canones requirunt, scientia ordinentur.

Quartum est. Si sint omnino ignati, vt officium in ordine susceptum exercere nequeant, erunt irregulares, contra ius enim naturae est, vt quis exerceat officium, quod ignorat.

9. Dubium Quartum est. An Papa in defectu literaturae dispensare possit? Simon Maiol. lib. 1. cap. 12. num. 13. non posse, quia est iuris diuini, quod ordinandus habeat literaturam, & citat Innoc. in c. Dilectus, de temp. ordin. vbi tamen Innocentius de solo Episcopo, & non de Papa locutus est. Card. de Turrecrem. in cap. si in laicis, distin. 38. Felin. in cap. inquisitioni, de sent. excom. Domin. & Philip. in capit. fin. de temp. ordin. lib. 6. Ioan. Bernart. Diaz in Pract. Crimin. Canon. capit. 18. *Dicendum tamen est quod possit ex causa urgenti, eum irregularitas haec in re Canonico inducitur sit.* Et saltem indirecte in hoc defectu dispensare potest, quia dispensare potest in defectu gratiae, vt quis ordinetur ad primam tonsuram ante septennium, & ad quatuor ordines Minores, sic Nauar. in Manual. capit. 27. num. 205. Alphonsus Vivaldi. tract. de irregularitat. 97. & Greg. de Valentia tomo 4. Disp. 7. quaest. 19. puncto 3. §. 3. Quia vero de iure naturae, & diuino est, qui ordines recipit, sciat Latine legere, si in Ecclesia Latina, qui Graece, si in Ecclesia Graeca ordinetur, & intelligat, vt recte possit officium suum exercere, hinc fit, vt solus iste literaturae defectus irregularitatem inducat iure naturali, & diuino adeo vt Papa dispensare non possit, vt praefatus illiteratus ordinetur, & ministret in eo ordine, cuius officium requirit, vt Latine aliquid legatur vel recitetur, quales sunt ordines maiores, & qualis est ordo Lectoris, cuius officium est Psalmos, & Prophetias legere, & ordo Exorcistae, cuius est exorcismos Ecclesiae recitare ad daemones expellendos. Cui huiusmodi enim penitus illiteratus Papa dispensare nequit, videtur enim contra ius naturae, vt quis officium exerceat, quod ignorat. vnde sic cum omnino illiteratus Papa dispenseret, hoc est solum ad tempus, vt dicitur. Et in hoc sensu, scilicet, in penitus illiterato locuti sunt DD. citati pro contraria opinione, & constat ex gloss. in cap. praecipimus, in verbo *ignorantem literas*, distin. 34. & in cap. illiteratos, in verbo *illiteratos*, distin. 36. solus autem Papa, non Episcopus, in hac irregularitate dispensare valet.

10. Quoad Neophytos autem, constat eos irregulares esse, dist. 48. per totum distinet, & dist. 59. cap. si officia, & cap. Hoc ad nos, & cap. ordinatos, & distin. 61. cap. Sacerdotes, cap. In Sacerdotibus, cap. Non negamus, & cap. Misericordia, & cap. Miserum, & cap. Neophytos. Host. in Summa, lib. 1. tit. de temp. ordin. §. Et cui, numer. 30. in Quarta decima regula. Summa Confess. lib. 3. tit. 14. per totum Summa Astenf. part. 2. lib. 6. tit. 16. S. Anton. 3. part. tit. 19. capit. 1. §. Quantum ad vltimum. Syluest. verbo, ordo, 4. question. 2. versic. Nec Sexto. Nauar. in Manual. capit. 27. num. 205. Couarr. in Clemen. Si furiosus, part. 1. §. 2. nu. 7. de homicid. Maiol. lib. 1. capit. 32. Alphons. Vivaldi. tract. de irregul. num. 47. & seqq. Cosmus Philarchus, par. 1. lib. 4. ca. 9. Greg. de Valentia tomo 4. disp. 7. quaest. 19. puncto 3. §. 3. Toletus lib. 1. cap. 25. & Henriquez lib. 1. 4. capit. 4. §. 7. Cuius irregularitatis triplex ratio assignari potest.

Prima est. Ne elatus in superbiam incidat in laqueum diaboli 1. Timoth. 3. & ca. Quoniam, dist. 48. existimas quod fides, & Religio Christiana plurimum eo indigeat.

Secunda est; Quia alios docere nequit, quia ipse nouit didicisse, vnde Innocentius Papa, vt habetur in cap. Misericordia, d. 61. ait in epist. 12. *Miserrimus est eum magistrum fieri, qui nunquam discipulus fuit.*

Tertia est; Quia alijs sese conformare non valet, qui statum Ecclesiae regende non est expertus, vt enim ait gloss. in princip. dist. 48. in verbo, *prohibentur*. Momentaneus Sacerdos nescit habere humilitatem, obseruare modos tonsurarum, vel se contemnere, non se inuauit, non se contemnit, se correat, non pauperibus erogauit.

11. Dubium est inter Doctores, Quis dicendus sit Neophytus. Quidam enim vt Staphil. in tract. de lictens gratis, & iust. & Mandol. in Praxi signaturae iustitiae, & gratis, dicere videtur Neophytum esse illum, qui ex Iudeis, vel Saracenis, vel Paganis progenitoribus, genus ducit, quamuis sit infans a tempore Natiuitatis suae baptizatus, addantque cum isto solitum esse dispensari ad ordines, & beneficia. Sed verior, & communior opinio est, quam sequuntur, Nauar. in Manual. ca. vicesimo septimo.

14 *Uxoratus au;* & quando ad ordines sacros promoueri possit.

1 *Quarta* irregularitatis species, quæ absque delicto contrahitur, ea est, quæ ex defectu libertatis procedit, cuius speciei irregularitates ad quatuor genera commode reduci possunt.

Primo enim alij sunt irregulares, quia sunt seruituti subiecti;

Secundo, alij, quia obligati sunt ad ratiocinia;

Tertio, alij, quia sunt obligati Curie seculari, & in iure dicuntur *Curiales*;

Quarto, alij quia sunt obligati vinculo Matrimonij; Qui omnes, licet in iure Canonico dicantur irregulares, sunt tamen aliquo modo iure naturali impediti, & inhabiles ad ordines; siquidem hi omnes, quamdiu alligati sunt aut vinculo seruitutis, aut ratiocinij, aut Curie, aut Matrimonij, non sunt sui iuris, sed alterius potestatem habentis in illos, vnde quamdiu sic alligati sunt, iure naturali impediti sunt, quo minus ordinibus vti possint; ideoque ius Canonicum optimo consilio statuit, ne ad ordines promouean- tur; soluti autem a vinculo, si ex alio defectu irregulares non sint, habiles sunt ad ordines. De hac re agitur distin. 54. per totum, & alibi, vt ex his, quæ infra dicemus, manifestum erit.

2 *Primo* igitur seruitus quamuis non impedit alicuius ordinis susceptionem de facto (si enim ordinetur, vere ordinem suscipit) impedit tamen cuiuslibet ordinis susceptionem de iure. Iura enim tales ordinari prohibent, nisi prius libertati redditi fuerint, vel nisi sit de consensu dominorum. Serui autem hoc in loco intelliguntur ij, qui cuiusuis alterius obsequijs subiecti sunt, siue vt mancipia in bello capta, vt colligitur ex dist. 54. per totum, & 12. q. 2. ca. libertatis, vsque ad cap. Aurum, & toto tit. iuris, de seruis non ordin. S. Thom. in addit. 3. part. quest. 36. art. 3. Rich. 4. dist. 25. art. 5. q. 1. S. Bonau. ead. dist. art. 2. q. 4. Thom. de Argenti. q. 1. ca. art. 3. Concluf. 3. Ioan. Bachon. quest. 4. Soto, 4. dist. 25. q. 1. artic. 3. Concluf. 3. Gabr. 4. dist. 25. q. 1. artic. 2. Concluf. 10. Marin. Ledesm. 2. 4. quest. 26. art. 2. in tractat. de Irregular. post princip. Hostiensis in Summa. lib. 1. tit. de seruis non ordin. Summa Confess. lib. 3. tit. 16. & tit. 17. Summa Astens. pa. 2. lib. 6. tit. 20. q. 1. Summa Pisanel. la. verbo, seruus, 2. Summa Angelica, verbo ordo, 3. num. 16. & verbo, seruitus, num. 4. S. Anton. 3. p. tit. 29. c. 6. Sylu. verbo, ordo, 4. quest. 2. vers. Nec nono, & verbo, seruus, numer. 3. secundo. Nauar. in Manual. capit. 27. nume. 203. versicul. Decimo sexto. Maiol. lib. 1. c. 35. Ioseph Angles, in Florib. 4. Sept. par. 1. in quest. de Sacram. ordinis, art. 4. Gregor. de Valentia Tomo 4. Disput. 7. Quest. 19. Puncto 3. 2. in fine. Tolet. lib. 1. c. 25. & Henriquez lib. 14. c. 5. §. 5. Ioan. Bern. Diaz in Pract. Crimin. Canon. cap. 17. Cuius constitutionis, & irregularitatis varia, & multiplex ratio est.

3 *Vna* est, seruilis vilitas, & Clericalis dignitas, per tales enim Sacerdotij dignitas obscuratur, & diminuitur auctoritas, vt docet S. Basil. epist. 8. ad Eusebium Episcopum Samosatensem, & c. Admittuntur, d. 54.

Alter est impotentia sui; Nam in susceptione ordinis, homo diuinis officiis mancipatur, & ideo debet esse iuris sui, vt libere possit seruitio Ecclesie vacare: Seruus autem quia non est sui iuris, sed domini sui, (vt enim Polit. cap. 3. dicitur, *Seruus est res animata possessa*) non potest se Ecclesie ministerio mancipare, cum nemo dare possit, quod suum non est.

Ideoque ad ordines promoueri nequit, nisi herus eum manumittere voluerit, vt enim ait Leo I. epist. 1. & refertur ca. 1. dist. 54. [Debet esse immunis ab alijs, qui diuina militie est aggregandus, vt a Castis Dominicis, quibus nomen eius ascribitur, nullius necessitatis vinculis abstrahatur. [Vnde fit, vt etiam ad ordines minores sine Domini licentia ordinari non possit; Quod si sciente Domino, & non contradicente promoueat ad ordines maiores, vel minores, eo ipse manet liber. c. Si seruus sciente, dist. 54. Tolet. vbi supra, & alij. Si vero vel Domino igno-

... Tertio dico, & Couar. in Clem. Si furiosus, ... Concluf. 1. de homicid. Maiol. lib. 1. cap. 31. ... Greg. de Valentia, tom. 4. Disput. 7. quest. 19. pun- ... Henriquez lib. 14. cap. 4. §. 7. per Neophy- ... intelligi solent illum, qui ex lege lu- ... Mahumetica, vel Ethnica nouiter fide Christi pro- ... fessus est, & per baptismum nuper Christo initiatus fuit, ... sed neque, qui decem abhinc annis, aut eo am- ... ptius baptizatus fuit, & in fide Christi confirmatus, vt no- ... rat Felin. in c. Bam te, de Rescript. & est communis opi- ... nio; si enim Neophytus esset, qui ege Judaica, aut Pa- ... ganorum secta iam diu ad fidem Christi conuersus est cer- ... te & ipsemet Paulus Neophytus diceretur, qui tamen 1. ... prohibet Neophytum ordinari, immo & reliqui A- ... postoli omnes Neophyti fuisse, cum tamen, & ipsi Ca- ... non. 28. Neophytos ordinari volunt. Quamuis igitur sic ex ... Judaica, vel Gentili lege, vel quacunque secta nuper ad ... fidem Christi conuersus, & baptizatus, non solum ad or- ... dines sacros, sed nec ad minores promouendus sit; si tamẽ ... ab infantia fuit Christianus, etiam si natus erat ab infide- ... libus; vel etiam iam diu fide Christi professus sit, & bene ... institutus, ad sacros ordines promoueri potest; Is siquidẽ ... Neophytus non est, qui iam diu Religionem Christianã ... probitur; vnde merito cum Episcopo visum fuerit, talis ... ad ordines sacros promoueri poterit, & satis est vt Episco- ... pus habita ratione temporis, & personæ cum huiusmodi ... dispenset, nec expectanda erit Summi Pontificis dispensa- ... tio ex Couar. vbi supra, §. 2. num. 7. vers. Tertia Conclufio. ... quibus in aliquibus Ecclesijs soleant esse consti- ... tutiones a Sede Apostolica approbate quibus isti, qui ge- ... nus, & originem a Iudeis, vel Saracenis ducunt, quantũ ... nis ab infantia baptizati, excluduntur a beneficijs, possunt ... tamen ibi ad sacros ordines, & alibi tam isti, qui ab in- ... fantia baptizati sunt, quam ij, qui in ætate adulta ad fidẽ ... Christi conuerterunt, si in ea bene instructi sint, in eaque ... per longum tempus laudabiliter vixerint, ad Episcopi iu- ... diciam ad ordines sacros, & Ecclesiastica beneficia admit- ... ti, vel Fel. & Ripa, in eam te, nu. 3. de Rescript. & Couar. ... vbi supra tradiderunt.

De Irregularitate proueniente ex defectu libertatis. Cap. XIV.

S Y M M A R I V M.

- 1 Irregularitates ex defectu libertatis prouenientes ad qua- tuor capita reducuntur, & quanam illa sint.
- 2 Seruus cuiuslibet ordinis susceptionem de iure impedit, & quanam serui sint censendi.
- 3 Serui quare iure Canonico ab ordinum receptione sunt ex- clusi.
- 4 Serui domino sciente, & non contradicente ad ordines ma- iores, vel minores promoti, eo ipso liberi manent.
- 5 Seruus ordinatus sacris, si restitatur domino suo, a Domi no verberari non potest.
- 6 Obligati ad ratiocinia ab ordinum receptione sunt exclusi, & quanam huius rei sit ratio.
- 7 Obligatio ad ratiocinia quidnam, & quotuplex sit.
- 8 Obligati ad ratiocinia quando ad ordines promoueri licitẽ possint.
- 9 Curiales ab ordinum receptione arcentur, & quanam ta- les proprie censendi sint.
- 10 Curiales quibus de causis ab ordinibus arceantur.
- 11 Curiales quando licitẽ ad ordines promoueri possint.
- 12 Penatarius ij ab ordinibus suscipiendis excluduntur, & quis penatarius proprie dicendus.
- 13 Penatarius, & Neophytus qualiter inter se conueniant, & differant.